



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 38. Lutheri libri ad Senatum, populumque Pragensem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

ter sophistica nil unquam didicerunt. Quod ^{sæcul. XVI.}
 autem interdicunt, ne quid librorum dein- ^{A.C.1523.}
 ceps exeat, nisi prius Viri docti ad eam rem
 delicti judicium secerint, non recuso quidem,
 sed tamen sic illud accipio, ut ad sacræ Scripturæ libros non pertinsat, quo minus enim
 hi prodeant in lucem, non potest prohiberi.
 Quod autem postremo statutum fuit de Sacerdotibus, qui vel uxores ducunt, vel ordinem suum deserunt, juxta leges Pontificias
 multandis, nimis hoc durum est, nam si pure docendum est Evangelium, ut ipsimet Principes satentur, jam certe mitiganda est
 lex illa Pontifica: hinc deploro nostri temporis miseriam ac pertinaciam, quod in hac tam clara Evangelii luce non abrogetur lex illa durissima calibatus, quæ plurimorum & gravissimorum scelerum occasionem atque caussam præbet, ipsi tamen, qui Pontifica pœna contenti sunt, propter eam moderacionem admodum sunt laudandi, illi vero, qui Sacerdotes ob contractum matrimonium vel professionem desertam carcere & vinculis omniq[ue] suppliciorum genere exarnificatos interficiunt, magnopere detestandi.

§. XXXVIII.

Lutheri libri ad Senatum, populumque Pragensem.

Præterea Lutherus ad preces quorum- ^{Sleidan.}
 dam, qui circa Ministrorum institu- ^{comm. l. 4.}
 tionem ^{p. 102. &c. seq.}

Sæcul. XVI. tionem ejus sententiam rogabant, ad
A.C. 1523. Pragensem conventum perscripsit, atque
 in libello ad Senatum, populumque di-
 recto tradidit, quod doctrinam dijudi-
 candi jus, necnon Ministros stabiendi
 potestas Ecclesiæ competeret; Ecclesia
 autem, ajebat idem, ubique est, ubi Ev-
 angelium in sua puritate edocetur; nil
 enim Episcopi, ceterique Præfules a-
 liud sunt, quam statuæ, & capita sine
 cerebro, nullusque eorum, quocunque
 demum in loco versetur, præcipue in
 Germania munericis sui partes explet.
 Sub idem tempus alium edidit librum,
 in quo affirmat, quod hominum dogma-
 ta, nisi Evangelicæ puritati plene con-
 sonent, sequi non oporteat, ac quilibet
 Christianus doctrinam & Ministrorum
 vocationem dijudicare queat. In proe-
 mio alterius scripti afferit, non se ad-
 stipulari iis, qui audacter leges, homi-
 numque traditiones vilipendunt, nec
 veri Christiani vitam ducunt. Denique
 eodem tempore ad Valdenses, qui ad-
 huc in Bohemia & Moravia agebant,
 libellum Teuthonice scripsit, in quo di-
 xit, *circumfertur libellus, quem vestri Sym-*
mistæ ad instituendos in summa Christianis-
mi pueros ediderunt, & ad me transmis-
runt, cum vero in eo inter reliquos articu-
los & ille continetur, quod Christi corpus
sub Eucharistia Sacramento non naturali-
ter

ter contineatur, neque adorandum sit, hoc Sæc. XVI.
 dogma vestrum nos Germanos non mediocri- A.C. 1523.
 ter commovit, unde vos rogo, ut huic ar-
 ticulo, de quo vos paulo obscurius differere
 videmini, iusto super hoc libello edito, lucem
 addatis. Hoc tamen vobis testimonium per-
 hibere volo, quod proprius accedatis ad pu-
 ritatem Evangelii, quam omnes alii, quos
 cognoverim.

§. XXXIX.

De nova Lutheri Liturgia.

Denique Lutherus novam formam *de Steid. l. s.*
Missa & Communione Wittember- p. 103.
 gensi Ecclesiæ præscripsit. *Hallenus,* Cochl. 1523.
 inquit, *libellis & sermonibus egi inter po-* p. 71
pulos, ut corda primum ab impiis opinioni- Rayu. n. 58.
bus ceremoniarum avocarem, Christianum,
& commodum arbitratus me facere, si caussa
fierem, ut contereretur abominatio, quam
Sathan per hominem peccati in loco sancto
statuerat. Quare de formula aliqua pia
 missam (ut vocant) & communicandi age-
 mus, nulli prorsus præjudicantes, ne aliam
 amplecti & sequi liceat. In hac formula
 Lutherus, primo inquit, *Patrum ordina-*
tiones, qui unum vel alterum psalmum ante
benedictionem panis & vini orasse leguntur,
laudabiles suere, quod Kyrie eleison addi-
derint, placet: etiam Epistolarum & Evan-
geliorum lectione necessaria fuit, tum odditus
Hist. Eccles. Tom. XXXIV. S est